

blicandis mutuum sibi præstent auxilium. iv. Ut A qui promoti sunt ad Beneficia curam animarum habentia, infra annum ad Presbyteratus Ordinem sufficiendum compellantur, exceptis Archidiacōnis, quibus sufficit ut Diaconi sint. v. Ut expensæ ab Episcopis aut Rectoribus Ecclesiastarum factæ in receptione Legatorum aut Nuntiorum Apostolico-  
rum, de communi contributione Ecclesiastarum totius Diœceseos solvantur. vi. Ut Clericis in perfonatibus & Dignitatibus Ecclesie constitutis, certi reditus ab Episcopis vel Capitulis aſſigmentur. VII. Ut Clerici qui ſecularem defenſionem concta Episcopos quaſerint, excommunicatione plectantur: immo & Beneficiorum privatione, ſi contempletur. VIII. Ut Clericus, qui Episcopum, Praepositum, vel alium in Dignitate conſtitutum, aut Canonicum, verbis aut factis læſerit, ad Beneficiū illius Ecclesie non admittatur, niſi illi faſis fecerit, cui itrogavit injuriam.

## ARTICULUS XXX.

*De Concilio Redonensi.*

Redones, Ar-  
monica ca-  
pita, Episco-  
pus sub Me-  
tropolit Tu-  
rogeni.

Summa Ca-  
nonum.

Holophilicas  
a Clericis  
reducenda.

A Nno Christi millesimo ducentesimo septuaginto-tercio, die Luna post Ascensionem Domini, Joannes de Montevello Turonensis Archiepiscopus, Provinciale Concilium Redonis celebravit, in quo septem Statuta edita sunt. I. In eos qui manus violentas Episcopo, Abbatii, vel Abbatisſis intulerint, aut in eorum domos ignem immiferint, aut Virum Ecclesiasticum occiderint vel mutilaverint. Hos anathema ferit Synodus, & omni Beneficio Ecclesiastico, tam obtento quam obtinendo, ipso facto privatos dicit, si Clerici fint: si vero Laici, cotum liberos ac nepotes ad tertium usque gradum arcerat a Clero. II. Ecclesiæ Parochiales ad firmam dari prohibet, niſi firmario, juxta Episcopi arbitrium, tanta portio relinquitur, quod Christi pauperibus condecons hospitalitas valcas exhiberi: *Quia QUICQUID HABENT CLERICI, PAUPERUM EST, & donus eorum debent esse communes: & ideo indecens videtur, si de bonis Ecclesiasticis Christi pauperibus hospitalitas negaretur.* III. Ne Abbates, Priors, Administratores, translati, vel transferentes, Prioratus vacantes bonis in iis inventis ita ſpicient, qui Prioribus & Monachis in iis morantibus ſufficiens provisio remancat usque ad tempora collectaram, ſub poena suspensionis ipso facto incurnda. IV. Qui bona Ecclesiastica invaderint, occupaverint, deriuuerint, ipso facto excommunicari denunciantur. V. Declarat hoc in caſu bona Ecclesiastica intelligi, non ſolidum propria Clericorum, verum etiam depoſita, commoda, & ab eis condueta, & precario concessa, & quorum habent Ecclesiastica personæ poſſeſſionem aut detentioñem quamcumque, & quæ in eorum ſervitio capiuntur: neſtron ſi eorum homines, & bona eorumdem hominum, qui Juridictioni temporali Ecclesie ſubſunt, capiantur. VI. Declarat quenlibet Episcopum, in ſua Diœcesi, excommunicatos vel ſuppenſos à Synodo poſſe abſolvere. VII. Concilia omnia Provincialia per ſuos Prædeceſſores celebraſta Patres renovant & conſirmant.

## ARTICULUS XXXI.

*De Concilio Saltzburgenſibus.*

I. A Nno Christi millesimo ducentesimo septuaginto-quarto, Fridericus Saltzburgenſis Atchiepiscopus & Sedis Apostolice Legatus Provincialis Concilium in Metropoli ſua celebravit, in quo Decreta Concilii Occumenici Lugdunensis 11. proximè celebrati promulgata ſunt, utque in omnibus Provinciæ Eccleſiæ publ carentur ac obſervarentur, ſtatutum eſt. Conſtitutionibus etiam Guidonis Tituli S. Laurentii in Lucina Presbyteri Cardinalis, & Sedis Apostolice in Provincia Saltzburgenſi quondam Legati, in Concilio Vienensis anno MCELVII. editis novum robur additum eſt, earumque execuſio imperata. Secundum hæc, viginti quatuor Capitulis Ecclesiastica Diciplina ſancita eſt. I. Abbatibus Ordinis Benedictini jubet, ut annis ſingulis Capitula Provincialia celebrent, quorum neglecta celebrazione, obſervantia Regularis collapſa eſt. II. Monachos fugitivos revocari præcipit, enormiter delinquentes carcereſ recludi. Vetus Abbatibus ne Monachos ad strictiorem Ordinem tranſentes ab obedientia absolvant, qua Monachorum oſſibus inseparabiliter eſt affixa. III. Pravam conſuetudinem improbat, qua Abbates pro levibus excessibus, & nonnumquam simulacris offendit, paſſim & indifferenter de Monasteriis ad Monasteria Monachos ſuos mittebant; cum delictum potius illic puniri & mori debeat, ubi committitur & patratur; cum nec tales mifſi ad alia Monasteria, peccata ſua lugeant, ſed vagentur potius diſſolute. Statuit propterē Synodus, ut ſi Monachum ad alia Monasteria transmitti necessitas poſtule, id Abbat non leceat, niſi eaſta miſſio, & tempus redditus per loci Epifcopum ordinetur. IV. Pontificalium indumentorum uſu, ſacrarum uestium & vasorum benedictione, Indulgentiarum conſeffione, Abbaribus interdict, niſi in proxima Synodo Provinciali faciem fecerint Privilegiorum, quibus hanc ſibi vendicant potestatem. V. Id Canonis etiam Regularebus prohibet: Ceterum de aliis quæ ad Regularem obſervantiam & morum correctionem pertinent, in Provincialibus Capitulis ſtatui jubet. VI. Commissam cuicunque Religioni vel Ordini, aut Fratribus, Ordinum potestatem Confessiones audiendi, remiſſiones & indulgentias largiendi, & alia obcundi mania Sacerdotalia aut Pontificalia, omnino revocat. VII. Precipit ut qui plura Beneficia poſſident, aut eo, quod ultimum receperere, ſint contenti; aut in Synodo legitimiſ documentis probent, ſecum eſſe per eum, qui de jure hoc facere potuerit, dispensatum. VIII. Omnes & ſingulos Clericos curam animarum habentes, ad perfonalem in Beneficiis residentiam revocat ſub poena ſuspencionis à percepcione fructuum, & administratione temporalium. IX. Eamden poena in eos decenit, qui inſta tempus à Canone ſtatutum Ordines non fuſcepert, quos ipſorum Beneficia poſtulant. X. De Vicariorum iſtitutione & congrua portione decenit. XI. De conſura & habitu Clericorum. XII. & XIII. Clericos non viatores, in ſacris Ordinibus conſtitutis, qui tabernaculum abſque evidenti & honesta cauſa ingressi fuerint, aut ad aleas, vel taxilloſ luſerint, ab Officio ſuppendunt. Sacerdoteſ excommunicatos vel ſuppenſos, qui ſe Divinis ingeſſerint, Episcopali carceri mancipari juuent. XIV. Excommunicationis & carceris poena dannat eos qui Clericum vel Monachum pre criminibus suis à Prelato carceri addicturn, fracto

Saltzburgo-  
nive Saltzbu-  
rgam, Salz-  
burg, urbs  
Archiepisco-  
palis in Ba-  
varia,

Summa Ca-  
nonum.

Monastica  
disciplina.

Delfia Mo-  
nachorum ille-  
ſic punienda  
uſi commit-  
tantur.

Beneficiorum  
plurimalia ve-  
rita.

Residentia in  
beneficiis qui-  
bus animarū  
cura anuenia  
cit.

Suspencionis  
poena in Cle-  
ricos taber-  
naculum ingre-  
ſientes de-  
cennit.